

Het « *Proprium Praemonstratense* » van Alipius Van Veen

De geschiedenis onzer parochies tijdens de 17^e en 18^e eeuw biedt een verscheidenheid van belangrijke problemen. Talrijke juridische en disciplinaire kwesties worden er gesteld in verband met de rechten van de pastoor en de prelaat, het gebruik der tienden, de benoeming en afzetting van de bedienaars enz. In onze abdijarchieven vinden we hierover een uitgebreide documentatie : processen, consultaties van juristen, adviezen van universiteitsprofessoren, *advisamenta juris* e. a. In het archief te Tongerlo bevinden zich verscheidene bundels met betrekking tot de pastorele aangelegenheden. Een vluchtige kijk op hun inhoud geeft de varieteit aan der gestelde problemen :

1^o *Quaestio de reclamandis pastoratibus in Maioria.*

2^o *Over de dotatie der predikanten.*

3^o *Deductio brevis differentiarum tangentium dotationem pastorum et reparationes ecclesiarum in Maioria.*

4^o *Responsum professorum lovaniensium quod congrua per alluvionem deperdita vel per hereticos occupata debeat per patronum suppleri.*

5^o *Consultatio doctorum de residentia pastorum in periculo capturae ab hereticis.*

6^o *Consultatio Domini Santvoirt super reparatione ecclesiarum, in qua onus ad hoc obligatorum late et dilucide distribuit.*

7^o *De jure patronatus abbatiae.*

8^o *De iuramento in introductione pastoris.*

9^o *De nominatione, revocatione, correctione pastoris ab abbate* ¹⁾.

¹⁾ De nummers 1, 2, 3 bevinden zich in Bundel I; nummers 4, 5, 6, 7 in Bundel IV; nummer 8 en 9 in Bundel V. Abdijarchief Tongerlo, Bundels; Parochies.

In de bundels der respectiefelijke parochies vinden we dan de behandeling van meer plaatselijke kwesties, die dikwijls aanleiding gaven tot lijvige processen of juridische uiteenzettingen.

Een kwestie, die in het brandpunt der belangstelling stond, ging vooral over de incorporatie en de exemptie der parochies. De grote voorstander en verdediger van de parochierechten der Orde en der abdij was Alipius Van Veen.

Alipius, Cornelius Van Veen werd geboren te Waalwijk in Noord-Brabant de 4^e mei 1627. Hij deed zijn kloosterprofessie te Tongerlo op 3 maart 1650. Om zijn theologische studies te vervolmaken werd hij naar Leuven gestuurd, waar hij het licentiaat behaalde op 17 juni 1659. Voordien reeds was hij lector in de abdij van Postel, ambt dat hij waarnam tot 19 mei 1659. Na zijn terugkeer in de abdij werd hij benoemd tot pastoor te Moergestel, in 1663. Hij keerde naar de abdij weder, waar hij achtereenvolgens de functie uitoefende van secretaris van de abt (1667), van cellier (1668), van camerarius en provisor (1670). In 1674 werd hij pastoor benoemd te Broechem, en vervolgens in 1685 te Poppel, waar hij verbleef tot 1705. Hij keerde terug naar de abdij en overleed de 10^e juni 1713 ²⁾.

Als kloosterling leidde hij steeds een voorbeeldig leven, vooral tijdens zijn verblijf in de abdij, zodat in het *Memoriale Tongerloense* zelfs een speciale melding wordt gemaakt van zijn strenge observantie der kloostertucht : « ... in statutorum et regulae observantia rigidissimus, istiusque : *nemo extra horam prandii aliquid alimentorum sumat*, tam exactus tota vita observator, ut nullo praetextu induci potuerit ut vel in minimo unquam infringeret... » ³⁾. Die strengheid voor zichzelf maakte hem ook veeleisend voor de anderen. Hij hield koppig vast aan gebruiken en rechten, hetgeen hem meermalen in moeilijkheden bracht met zijn parochianen en overheid. In het archief van het aartsbisdom Mechelen, afdeling Broechem, berusten verscheidene stukken, waarin de ingezetenen der parochie klagen over het autoritair optreden van hun pastoor en zelfs zijn verplaatsing aanvragen ⁴⁾. Voortdurend was hij in pro-

²⁾ *Memoriale Tongerloense*, blz. 91; VAN SPILBEECK, W., *Necrologium Ecclesiae B. M. V. de Tongerlo*, blz. 113.

³⁾ *Memoriale Tongerloense*, blz. 91.

⁴⁾ Archief van het Aartsbisdom Mechelen, Dossier, Broechem; volgende stukken: *depositiones contra pastorem, 1680*, in verband met het achterhouden van de chijsboeken van de H. Geest; klachten tegen de pastoor wegens weigering

cessen gewikkeld, zodat hij van zichzelf getuigde in 1684: « wor-
dende door mijne processen uytgemergelt » ⁵⁾).

Ook te Poppel zal hij zich laten kennen door zijn onverdraag-
zaam optreden. In het verslag over de toestand van het vicariaat
van 's Hertogenbosch, ingediend bij paus Innocentius XI op 15 sep-
tember 1688, getuigt de vicaris Willem Bassery dat vele katholieken
uit de omliggende dorpen, die onder ketters bewind stonden, samen
met hun pastoor op sommige feestdagen naar Poppel kwamen om
aldaar de godsdienstplechtigheden te vieren. Pastoor Van Veen pro-
testeert hiertegen en beweert dat vreemden geen bidhuis mogen
hebben in zijn parochie. Hij verbiedt zelfs dat dit in de toekomst
nog zou gebeuren. De vicaris geeft dan een karakterbeeld van Ali-
pius Van Veen: « *Libellum (pastoris) remisi ad ipsius superiorem,*
qui mecum collaborat, ut compescat hominem, qui antea Rev.mo
D. episcopo Antverpiensi, in cujus dioecesi erat pastor, et domino
temporali loci ⁶⁾ *tot creavit molestias, ut summis votis optarent ab*
eo liberari, amplissimo domino abbate non desiderante etiam illum
in monasterio ob molestum ejus genium, propter quod post multas
preces dioecesi nostrae via permutationis obtrusus est, me multis
antea modis renitente, postea tandem permutationi consentiente in
gratiam tam dicti episcopi quam abbatis, sperante per loci muta-
tionem futuram aliquam morum mutationem. Quoad cetera vir est
doctus et quantum advertere potui satis zelosus, erga me hucusque
alias venerabundus » ⁷⁾).

Tijdens heel zijn leven was hij immer de onvermoeibare werker
en de ijverige studax: *vir minime veterosus, sed in studiis assiduus*
et encyclopediaster ⁸⁾. Vooral legde hij zich toe op de studie van
het kerkelijk recht om de rechten en privileges van de orde en
der abdij te kunnen verdedigen. Reeds tijdens zijn pastoorschap te
Broechem heeft hij in kleine traktaatjes enkele zijner miskende of
omstreden rechten verdedigd, o. a. in verband met de begrafenis ⁹⁾.

van de absolutie. — *Testimonia contra D. Van Veen, pastorem, praedicantem*
contra D. temporalem, scabios etc. 1684. — *Collatio capellaniae B. M.*

⁵⁾ *Ibid.*, n° 24.

⁶⁾ Jacques Le Roy (1633-1719), heer van Broechem.

⁷⁾ *Bossche Bijdragen*, dl XI (1931), afl. 1, blz. 84-85.

⁸⁾ *Memor. Tongerl.*, blz. 92.

⁹⁾ *Deductio per quam demonstratur iura funeralia rectoribus ecclesiarum seu*
parochis ex iustitia debita esse, AAT, Broechem, bundel III, n. 129, 129/a. —
Fundamentalis quidam deductio subserviens decisioni utrum iura funeralia ratione

Ter gelegenheid van de benoeming van een vicepastor werd een lijvig *Motivum juris* van 369 nummers opgesteld ¹⁰⁾. Te Poppel zal hij o. m. aantonen dat hij gerechtigd is bepaalde werken uit te voeren ¹¹⁾. Zijn studieobject was vooral de exemptie, ook deze der parochies; zijn opvattingen heeft hij in een geschrift van 50 blz. in folio uiteengezet ¹²⁾.

Dit alles moest leiden tot het samenstellen van een rechtskundig werk ter verdediging van de privileges der orde, met de nadruk vooral op de exemptie en de incorporatie der parochies. Aan dit werk gaf hij de titel: *Proprium praemonstratense* ¹³⁾. Het handschrift van dit werk berust in het archief te Tongerlo; het is echter niet meer volledig ¹⁴⁾. Oorspronkelijk bestond het werk uit 42 resoluties, en niettegenstaande er verschillende paginas in ontbreken, omvat het nu nog 464 blz. in folio formaat. Elke resolutie wordt met nummers in de margina onderverdeeld, en telkens wordt door de schrijver in de margina de inhoud van elk nummer aangegeven. Op verschillende plaatsen is de tekst doorstreept en herwerkt. Dank aan dit handschrift en aan de index resolutionum ¹⁵⁾ blijft het nog mogelijk in zekere mate de opvattingen van de schrijver te achterhalen. Dit werk laten we echter liefst over aan een canonist.

Niet alle stellingen van Alipius Van Veen werden zonder meer

corporis reverendi D. Van Eyck, in choro maiori ecclesiae de Broechem sepulti, solvenda competant archypresbytero rurali utrum vero pastori loci, ibid., bundel I, n. 256/a, en bundel VI, n. 167.

¹⁰⁾ *Ibid.*, bundel III, n. 141, 142.

¹¹⁾ *Motivum iuris ad probandum quod ad pastores spectat ponere edituos ecclesiae etc.*, AAT, Parochies, bundel V.

¹²⁾ *Exordium huius particularis et incidentalis deductionis, per quam natura, effectus et status exemptionis regularium a iurisdictione ordinaria episcoporum exponitur, similiter quale sit regimen superiorum regularium et ad quantam potestatem et auctoritatem idem regimen sit elevatum per suam Sanctitatem eximentem regulares ab eadem iurisdictione ordinaria episcoporum multaque his connexa et annexa et ad hec pertinentia. Ibid.*

¹³⁾ « ... in perscrutandis et tuendis Ordinis ac coenobii sui iuribus et privilegiis indefessus; unde magnae molis volumen MS reliquit, cui nomen esse voluit *Proprium Praemonstratense* ». *Memor. Tongerl.*, blz. 92.

¹⁴⁾ De resoluties: 4, 8, 10, 15, 16, 19 en 22 zijn onvolledig in meer of mindere mate; de resoluties 5, 6, 7, 9, 20, 21 ontbreken. Sommige van deze resoluties waren zeer uitgebreid zoals we kunnen bemerken uit de brief van G. Gybels, waarin hij spreekt van nummer 102 van resolutie 4; nummer 294 van resolutie 9, AAT, Parochies, bundel V.

¹⁵⁾ *Index resolutionum*, AAT, Parochies, bundel V. Zie Bijlage I.

aanvaard door zijn confraters. Vooral zijn radikale opvatting over de exemptie lokte tegenspraak uit. Hij beweerde o. m. dat zelfs de gelovigen van een geincorporeerde parochie het privilege van de exemptie genoten. Na lezing van het werk verklaarden prior Siardus Van Elsacker en drie confraters der abdij, dat zij de argumentatie en de stelling van Alipius niet konden aanvaarden, waardoor hij de inmenging van de bisschop in de geincorporeerde parochies ontkende omwille van de exemptie ¹⁶⁾. Een dorsale aantekening in het alfabetisch register van het *Proprium praemonstratense* toont eveneens aan dat vele confraters met zijn theorie over de exemptie niet akkoord gingen ¹⁷⁾. Giselbertus Gybels, pastoor te Retie, aan wie Van Veen het oordeel over zijn werk had gevraagd, was vol lof over deze studie, doch maakte bemerkingen op verschillende resoluties ¹⁸⁾. In een later ongedateerd schrijven verklaarde pastoor Gybels dat hij de uiteenzetting over de exemptie toch niet helemaal kon aanvaarden ¹⁹⁾.

Niettegenstaande sommige stellingen tegenspraak verwekten, heeft Alipius Van Veen nochtans degelijk en nuttig werk verricht. In zijn argumentatie steunt hij zich vooral op de pauselijke bullae en op uitspraken van gekende juristen. Indien hij soms te ver ging in zijn interpretaties, is dit vooral te wijten aan zijn grote liefde voor de orde en de abdij. Dat zijn werk, met voorbehoud van enkele opvattingen en stellingen, zeer fel werd gewaardeerd, toont ons het slot van de brief van pastoor Gybels: « ... id proloqui audeo, neminem nostrum hactenus sublimius aliquid pro Ordine ausum esse, et neminem etiam felicius sua pro Ordine elaborasse, studii immensi, laboris pertinacissimi, subtilissimi iudicii opus est. Le Paige plura collegit sed consequentias nec vidit nec proposuit; Callieu contra maligni animi adversarium egit sat feliciter, sed taceret si vestra vidisset, et spartam suam resignaret vobis lubentissime. Perge igitur, venerande senex, et norbertinum te ostende, non quales multi antehac, qui levi metu patrimonio cedebant, sed fortem, intrepidum, stabilem et qualis ipse Norbertus esset si ad nos rediret :

¹⁶⁾ *Ibid.*, zie Bijlage II.

¹⁷⁾ Op de rug van het alfabetisch register van het *Proprium Praemonstratense* staat: *Quaedam annotata facta per erud. D. Van Veen circa exemptionem nostram in cura animarum etc., cuius opinioni multi confratres contradicunt.*

¹⁸⁾ In deze brief maakt G. Gybels bemerkingen op resolutie 2, 4, 6, 8, 11, 24, 25, 37, 42. AAT, Parochies, Bundel V.

¹⁹⁾ *Ibid.*, zie Bijlage III.

cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quae possidet » ²⁰⁾).

Milo KOYEN, O. Praem.

Bijlage I

Index resolutionum operis « Proprium praemonstratense »

Bij elke resolutie wordt de huidige bladnummering van het handschrift aangegeven, alsook het aantal marginale nummers of de nog bestaande.

Resolutio 1. Ordo praemonstratensis eiusque singula fere caenobia habent aliquas ecclesias, easque ab eodem possidentur. (pag. 1-21 ; 52 nummers).

Resolutio 2. Tongerloenses ceterique canonici Ordinis praemonstratensis habent seu possident suas ecclesias parochiales, beneficia, capellas, accessorie unitas pari titulo et iure quo possident suas decimas, silvas, villas, dominium temporale aliquarum civitatum et pagorum ceteraque sua bona et iura. (pag. 21-50 ; 85 num.)

Resolutio 3. Ecclesie parochiales aliaeque subjective unitae pari iure et titulo possidentur a praemonstratensibus, quo possident suas ecclesias conventuales, aut potius per possessionem harum possident illas, sive per apprehensionem possessionis harum etiam apprehenditur possessio istarum. (pag. 50-53 ; 11 num.)

Resolutio 4. Ecclesia parochialis de Broechem cum suis appendentiis et dependentiis, caeteraeque ecclesiae parochiales annexae abbatiae de Tongerlo sunt eidem abbatiae, aut ecclesiae conventuali ibidem, accessorie seu subjective unitae. Idem dicitur passim de ecclesiis parochialibus aliorum monasteriorum eiusdem ordinis praemonstratensis. (pag. 53-81 ; onvolledig, tot num. 60).

Resolutio 5. Praesuppositis itaque duabus praefatis exceptionibus quo ad ius episcopale et synodale resolut. 4, n. 94 et seq. enarratis, de cetero quidquid iurisdictionis, dominii et potestatis Nicolaus cameracensis episcopus habuit in praefatum altare seu ecclesiam de Broechem, id est coetum fidelium ibidem per totam parochiam commorantium, locum in quo idem coetus ad divina audienda congregari solet, viros ecclesiasticos, qui in dicto loco et per totum parochiae districtum divina administrant, ipsa ecclesiae emolumenta et beneficia nova, hec omnia dicit nomen ecclesia, quae Nicolaus transtulit in abbatiam seu ecclesiam de Tongerlo. (ontbreekt)

²⁰⁾ Ibid.

Resolutio 6. Cura animarum per totam parochiam de Broechem transivit, vigore dictae donationis, in monasterium de Tongerlo. Idem iudicium est de cura animarum aliarum parochiarum monasterii de Tongerlo caeterorumque monasteriorum eiusdem ordinis. (ontbreekt)

Resolutio 7. Cura animarum ecclesiae parochialis de Broechem cum omni administratione in temporalibus et spiritualibus, imo quo ad quodlibet et aliquatenus pertinent ad munus et officium pastoris per totum territorium parochiae de Broechem, et quo ad omnes personas ibidem commorantes, ita privative pertinet ad abbatiam de Tongerlo ut nulli in eadem ecclesia nec etiam in toto eiusdem districtu quaque versum dispenditur committi possit aliqua functio pastoralis aut ecclesiastica nisi per abbatem tongerloensem vel pastorem loci aut de horum consensu. (ontbreekt)

Resolutio 8. Collatio ecclesiarum parochialium et vicariarum abbatiae de Tongerlo incorporatarum seu accessorie et subjective unitarum, dum suo modo vacant, spectat ad abbatem de Tongerlo, sicut etiam institutio in eisdem, ut minus tituli collativa, saltem si hic in ecclesiis subjective unitis conferri valeat, et non potius sustinendum quod omnino sit exstructus. Idem est iudicium de collatione ecclesiarum parochialium et vicariarum ad alia monasteria eiusdem ordinis spectantium, nempe quod illas lato modo vacantes praelatus ibidem conferat et suos in illas, si possibile, instituat institutione tituli collativa. (pag. 81-93 ; onvolledig, van num. 54 tot 69)

Resolutio 9. Ecclesiae parochiales, capellae etc. abbatiae de Tongerlo sicut et aliis abbatibus eiusdem ordinis praemonstratensis incorporatae, pertinent ad easdem abbatias pleno iure, hoc est quo ad spiritualia et temporalia. (ontbreekt)

Resolutio 10. Non tantum pertinet ad abbates et alios praelatos ordinis praemonstratensis in ecclesiis parochialibus aliisque suis monasteriis subjective unitis seu incorporatis, vicarios perpetuos et permanentes ponere, sed etiam temporaneos, qui ammotis perpetuis seu mortuis, provisionaliter substituuntur. (pag. 93-95 ; onvolledig, van num. 48 tot 69)

Resolutio 11. Abbates, priores et praepositi ordinis praemonstratensis possunt suis canonicis in parochiis incorporatis ipsorum monasteriis committere curam animarum, aut eius exercitium dum id facere denegant episcopi, rationabili causa cessante, etiam absque eo quod tunc interveniant eidem episcopi, per examen et approbationem dictorum canonicorum. (pag. 95-171 ; 85 num.)

Resolutio 12. In beneficiis atque ecclesiis praemonstratensium curatis non est faciendus concursus, quando de illis aliquis provideri debet. (pag. 171-177 ; 14 num.)

Resolutio 13. Abbates atque alii praelati ordinis praemonstratensis

habent auctoritatem in ecclesiis suis resignationes beneficiorum et administrationum admittendi. (pag. 177-181 ; 7 num.)

Resolutio 14. Ex eisdem fundamentis, quae resolutione immediate supra posita et alibi tradituris consequitur etiam abbatibus et aliis praelatis privative ad episcopos competere praestare auctoritatem et consensum beneficia et administrationem in ecclesiis nostris permutare volentibus. (pag. 181-187 ; 15 num.)

Resolutio 15. Ordinis praemonstratensis abbates, priores, prelati, prepositi, decani, canonici, conversi, donati, abbatissae, priorissae, moniales et personae cum omnibus monasteriis, membris, curtiis, grangiis, domibus, possessionibus et personis degentibus in eisdem necnon bonis mobilibus et immobilibus ac aliis rebus quibuscumque, quae in praesentiarum possident vel in futurum dante Domino poterunt adipisci, nec non ecclesiae et alia loca ab eisdem monasteriis dependentia, ab omni superioritate, dominio, iurisdictione, potestate necnon visitatione quorumcumque patriarcharum, archiepiscoporum, episcoporum et aliorum quorumlibet iudicum ordinariorum et officialium ecclesiasticorum plenarie sunt exempta et totaliter libera atque sedi apostolicae immediate subjecta. (pag. 187-241 ; onvolledig, van num. 1 tot 63)

Resolutio 16. Ipsa cura animarum in habitu et potentia, sive ius, titulus et potestas ipsam curam animarum exercendi, sive beneficium pastorale in parochiis unitis et incorporatis praemonstratensium est exempta a iurisdictione episcoporum. (pag. 241-245 ; onvolledig, van num. 26 tot 37)

Resolutio 17. Locus exemptus, quo ad iurisdictionem per ordinarium exercendam, loco extra territorium aequiparatur. (pag. 245-246 ; 7 num.)

Resolutio 18. Sicuti locus exemptus aequiparatur loco extra territorium, sic etiam persona exempta, quo ad iurisdictionem per ordinarium exercendam, aequiparatur personae extraneae sive quae est alterius diocesis, in tantum quod episcopus regulariter non amplius habeat disponere de religiosis exemptis, quam de personis quae extra eiusdem diocesis commorantur. (pag. 246-250 ; 11 num.)

Resolutio 19. Processus, sententia et quicumque actus contra exemptionem praemonstratensium, horum ecclesias et loca ab ordinario gestus, est ipso iure nullus, defectu iurisdictionis. (pag. 250-253 ; onvolledig)

Resolutio 20. Graviter peccant episcopi molestantes, inquietantes et impediennes regulares exemptos in usu et possessione exemptionis, aliorumque privilegiorum, quin hoc facientes graves censuras incurrunt. (ontbreekt)

Resolutio 21. Quando contingit per mortem aut alias aliquas ecclesias parochiales aliaqueve beneficia monasteriis ordinis praemonstratensis in spiritualibus et temporalibus unita seu incorporata suis ministris destitui, non necessitantur abbates alique praelati eiusdem ordinis a se promovendos ad ecclesias seu beneficia taliter

ministris destituta praesentare archidiacono, ut ab eo titulum ecclesiae seu beneficii obtineant. (ontbreekt)

Resolutio 22. Abbatibus aliisque praelatis ordinis praemonstratensis privative competit rectoribus aliisque ministris constituendis in ecclesiis parochialibus et capellis, ipsorum monasteriis incorporatis seu subjective unitis, titulum beneficii aut administrationem conferre. (pag. 253-257 ; onvolledig, van num. 3 tot 15)

Resolutio 23. Ex traditis resolutione immediate precedenti ac etiam resol. 19 et 20 omnino consequitur quod graviter peccent et censuras ecclesiasticas incurrant archidiaconi dum abbates ordinis praemonstratensis, horum canonicos aut alios ad ecclesias parochiales eiusdem ordinis aut beneficia in illis fundata promovendos compellunt, ut iidem promovendi se illis sistant ut ab eisdem in titulum ecclesiarum seu beneficiorum instituantur. (pag. 257-259 ; 4 num.)

Resolutio 24. Ex iisdem principiis supra traditis et allegatis privilegiis consequitur electos aut nominatos abbates in ordine praemonstratensi adstringi non posse, dum sedes episcopalis intra cuius limites commorantur vacat, (ut) a vicario generali eandem sedem regente litteras dimissoriales petant ad obtinendam benedictionem ab alio antistite. (pag. 260-288 ; 41 num.)

Resolutio 25. Abbates ordinis praemonstratensis tenentur pastori sui ordinis, qui ecclesiae alicui parochiali praesertim incorporatae deservit, unum vel plures de suis canonicis adiungere saltem dum id fieri commode potest. (pag. 289-293 ; 4 num.)

Resolutio 26. Ecclesiae parochiales ordini praemonstratensi sive alicui eiusdem ordinis monasterio incorporatae sive subjective seu ad mensam unitae sunt regulares. (pag. 294-297 ; 4 num.)

Resolutio 27. Ecclesia quae alteri ecclesiae, beneficium quod alteri beneficio accessorie, subjective sive ad mensam unitur sive incorporatur, induit et sortitur naturam, consuetudinem, privilegia et qualitates ecclesiae seu beneficii et monasterii cui unitur. (pag. 297-300 ; 3 num.)

Resolutio 28. Omnia emolumenta omnesque actiones et iura ecclesiae accessorie unitae pertinent ad ecclesiam principalem, cui facta fuit unio. (pag. 300-303).

Resolutio 29. Ad probandum beneficium esse regulare sufficit ipsum esse fundatum in ecclesia regulari. (pag. 303-311 ; 18 num.)

Resolutio 30. Ecclesiae parochiales praemonstratensium a canonicis eiusdem ordinis aut iis, quibus hoc praelati eiusdem ordinis committere voluerint, regendae et administrandae. (pag. 312-324 ; 21 num.)

Resolutio 31. Seculares sacerdotes aut clerici aut etiam regulares alterius ordinis aut monasterii in ecclesiis parochialibus praemonstratensium beneficia aut horum deservituras aut quascunque officiaturas, functiones aut administrationes obtinere aut etiam retinere nequeunt, nisi de consensu abbatis vel forte etiam

conventus ad quem ecclesia parochialis pertinet. (pag. 325-342 ; 24 num.)

Resolutio 32. Canonici regulares ordinis praemonstratensis non tantum beneficiorum secularium curatorum sed etiam simplicium sunt capaces, etiam ut illa in titulum possideant, idque cum sola licentia suorum superiorum regularium absque speciali dispensatione papae. (pag. 342-400 ; 51 num.)

Resolutio 33. Ecclesiae parochiales ac etiam beneficia et administrationes praemonstratensium, quae ad eos pleno iure pertinent seu sunt de mensa ipsorum, ab episcopis iure devoluto conferri nequeunt. (pag. 400-404 ; 7 num.)

Resolutio 34. Si aliquis collator aut patronus officii aut beneficii fundati in ecclesiis parochialibus praemonstratensium distinctus fuerit ab abbate, cuius coenobio eadem ecclesia parochialis subiective seu ad mensam unita, atque dictus collator seu patronus negligens fuerit, respective conferre aut praesentare idem aut ad idem beneficium aut officium intra terminum a iure requisitum, non devolvitur collatio aut praesentatio ad episcopum loci sed ad abbatem praedictum qui in eandem ecclesiam habet ius quasi episcopale. (pag. 405-407 ; 3 num.)

Resolutio 35. Ex his quoque consequitur quod quando duobus equaliter competit, idem est de pluribus, in equali numero, aliquod beneficium, deservituram aut munus conferre in ecclesiis praemonstratensium atque illi inter se convenire nequeunt in personam idoneam, tunc abbati cui ecclesia incorporata tanquam ordinario collatori omnium beneficiorum, deserviturarum et functionum in sua ecclesia fundatorum competit dictis beneficiis, deservituris etc. de debito ministro providere. (pag. 407-410 ; 7 num.)

Resolutio 36. Quamvis Romani Pontifices in suis bullis ad ordinem praemonstratensem in generali aut ad aliqua particularia monasteria eiusdem ordinis directis taliter aliquando loquantur, et asserant praemonstratenses eiusdem ordinis abbates aut abbatias habere ius patronatus suarum ecclesiarum parochialium. Quinimo etiamsi ipsimet abbates praedicti ordinis declarent se habere ius patronatus in suas ecclesias parochiales, se illas conferre aut earum collationem ad se pertinere ratione iuris sui patronatus se esse patronos earundem ecclesiarum. Equidem iste modus loquendi non ita accipiendus est quasi praemonstratenses non haberent quid amplius in dictis ecclesiis quam nudum ius patronatus stricte dictum seu nudum ius praesentandi. (pag. 410-415)

Resolutio 37. Quod si contingat annuos proventus alicuius beneficii fundati in ecclesia regulari praemonstratensium augeri per adiectionem seu unionem aliquorum proventuum, desumptorum ex bonis fabricae ecclesiae in qua idem beneficium fundatum aut etiam ex bonis mensae sancti Spiritus sive pauperum ibidem, illud augmentum fruissendum ab eo qui beneficium aut eius

deservituram cum potestate fructus percipiendi obtinet. (pag. 415-417)

Resolutio 38. Augmentum seu supplementum quod ex bonis fabricae aut mensae pauperum adiungitur alicui beneficio, pro habenda portione congrua, ad debite alendum beneficiatum, si id factum in ecclesiis praemonstratensium tunc ab his privative ad omnes alios clericos dictum augmentum seu supplementum recipiendum. (pag. 417-419)

Resolutio 39. Quando collatio alicuius beneficii, administrationis etc. ad duos vel plures simultanee pertinet, altero eorum mortuo naturaliter aut civiliter aut alias legitime impedito devolvitur collatio ad eum qui solus superest. (pag. 419-423 ; 12 num.)

Resolutio 40. Magistraturae sive officia magistratuum et aliaque similia munia, verbi gratia prefectorum fabricae et pauperum, ita sunt hic in Brabantia respective annalia, biennalia etc. ut acta post expletum respective annum aut biennium etc. nullius sint valoris. (pag. 423-426).

Resolutio 41. Quod quando contingit ad primam electionem, nominationem et constitutionem aedituorum et similium officiorum intervenire parochum loci per vocem decisivam, ille rursum intervenire debet per vocem decisivam in secunda electione, nominatione et constitutione aedituorum etc. (pag. 426-430)

Resolutio 42. Abbas tongerloensis habet in ecclesiis etiam parochialibus et pagis de Tongerlo et Oevel iura episcopalia, ita ut dictis locis possideat particulare territorium cum exclusione quorumcumque episcoporum et aliorum iudicum ordinariorum, cum immediata subiectione ad sanctam sedem sic quod dictus abbas, ecclesiae et pagi redacti sunt ad statum nullius diocesis, taliter ut nec in diocesi nec de diocesi alicuius episcopi esse dicantur. (pag. 430-463)

Bijlage II

Declaratie van prior Siardus van Elsacker en drie confraters der abdij tegen de exemptie-theorie van Van Veen

Lectis et examinatis aliquot quaternionibus a patre seniore nobis traditis, invenimus quod velit excludere episcopos e parochiis nostris per generalem exemptionem nostram et per unionem ecclesiarum parochialium. Sed nostro iudicio argumenta non concludunt.

Regularitas enim, quae parochiis per unionem obvenit, non infert regularitatem populi magis quam exemptio nostra probet exemptionem parochianorum. Illi post unionem eque manent seculares ac fuerunt antea, licet a regularibus regantur, et eque subsunt episcopo et ipsi eorum cura et non abbati commissae est. Hoc ius per usum et con-

suetudinem ita roboratum est ut per nullum privilegiorum nostrorum infringi posset.

Huic opinioni nostrae assentire videtur Le Page, dum fol. 198 dicit : « etsi parochia per hoc, quod uniatur monasterio, dicatur fieri regularis ex parte rectoris, non tamen fit regularis ex parte eorum qui reguntur ; nam parochiani eque sunt seculares in parochiis unitis monasteriis et quae reguntur per regulares, ac in parochiis quae non unitae et reguntur per seculares ». Hec ille defensor privilegiorum nostrorum huic consonant quae habet Ludovicus Engel, ordinis sancti Benedicti et sacrorum canonum Salisburgi quondam professor ordinis in tractatu suo de privilegiis regularium, dedicato abbati plagensi ordinis nostri, privilegium 46, quaestio 2a, n° 6 : « Alii, inquit, unionem pleno iure appellant, quando quidem ecclesia est subiecta abbati cum iure percipiendi temporalia et exponendi vicarium. Populus tamen episcopo subest... et vicarii sive regulares sive seculares debent ab episcopo curam animarum accipere... Plenissimo autem iure tunc unionem censent, quando non tantum ecclesia sed et populus exemptus est... Interim in hac materia, in qua iura et D. D. valde intricate et confuse loquuntur, censeo plurimum tribuendum esse locorum consuetudini, concordiiis, contractibus et particularibus praescriptionibus ».

Ex hoc patet quomodo ecclesia aliqua possit exempta et populus eiusdem non exemptus, et ex Le Page quomodo parochialis per unionem fit regularis, populo manente seculari, et consequenter sub episcopo. Unde sustinere non possumus sententiam patris senioris excludentis episcopos e pastoratibus nostris quo ad institutionem et curam animarum.

Ita sentio fr. Siardus van Elsacker, prior Tongerloensis ;
ita etiam sentio fr. Nicol. van der Meulen, camerarius Tongerl.
consentio fr. Adalbertus Antonissen, lector Tongerloensis ;
ita sentio fr. R. Daems, lector Tongerloensis.

Bijlage III

An Praemonstratenses subsint quoad institutionem in pastorem, curam animarum vel solum exercitium ordinariis locorum (Brief van Giselbertus Gybels, pastoor te Retie, aan Alipius Van Veen, z. d.).

Eruditissime Domine,

Disceptando ac disputando veritas indagatur ac invenitur, sicut enim plus vident oculi quam oculus, ita hoc differendi genere, lumen quod in diversis ingeniis diversum est quasi in unum coalescit et evadit in integrum plenumque diem, disputari apud vos dicitis circa resolutionem libri vestri decimam sextam, sed quid sonet ista reso-

lutio non notatis, cum tamen, uti nostis, si vel in apice erretur, non eadem assertio sit; id tamen verti existimo an sicut in exercitio curae animarum subsunt pastores nostri episcopis, ita etiam dicendi sint ab istis curam accipere? Ad quam quidem quaestionem aliud responderi debere si ex consueto, aliud si ex debito arguamus, existimo.

Hodie enim ferme invaluit ut non tantum approbatio sed et institutio imo et cura animarum ab episcopis per nostros petatur, postquam enim privilegiorum tutandorum in curia irrepsit quasi in eum statum ac scribendi stylum dilapsi sumus, quo uteremur si nulla fuisset nobis indulta exemptio, verumtamen non statim exinde modum loquendi imo nec faciendi desumendum esse puto. Imo vero sepe satius est resumto antiquo loquendi modo, antiquum faciendi ritum reintrodúcere.

Et antiquitus quidem e solo patronatus iure plena dabatur quibusdam in locis investitura, nullius alterius agnita auctoritate, ut e variis conciliis, dictatu Gregorii VII et decreto gratiani pluribus locis patet; sed ex consuetudine tanquam canonibus contraria nunc praetermissa. Dico attentis tum iure communi tum privilegiis nostris aliorumque regularium curam animarum pastoribus nostris in ecclesiis unitis competere per solam abbatis deputationem, nulla interveniente episcopi auctoritate, sola approbatione excepta.

Moveor ex eo quod in ecclesiis unitis abbas vel capitulum sit verus pastor, sic tamen ut uni exercitium curae ab abbate vel capitulo committatur. VIVIAN, *Prax. iur. patr.*, lib. 2, cap. 7, n. 31 soletque ita deputatus vicarius perpetuus dici, quomodo adhuc hodie varia capitula secularia vicarios perpetuos in parochiis unitis deputant, episcopo non nisi ad approbationem requisito; meminique me aliquando invenisse talem deputationem etiam abbatissis posse competere (sed auctor is ad manum non est).

Praeterea constans est canonistarum sententia beneficia accessorie unita numquam vacare unde illud fit: institutionem specialem in iis necessariam non esse, nec rite fieri posse, nisi dum institutio fit beneficii principalis cui illa cura annexa seu unita est; nisi ergo velimus institutionem dignitatis abbatialis episcopo competere (in quo tota exemptio nostra labefactaretur) necessario dicendum nec ipsi competere institutionem parochiarum unitarum, nec curae concessionem. Item unita vel vicaria perpetua non reservantur, VIVIAN, *Iur. patr.* decisione 20, num. 1, sed cura penes monasterium, cui unita sunt, residet et nudum exercitium penes vicarium, et tantum locus est approbationi ordinarii praevio examine; *ibid.*, atque ita etiam disponit constitutio Pii V, quae incipit: *Ad exequendum* his verbis: volumus insuper et ita mandamus quod vicarii perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum in quorum ecclesiis unitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum praevio examine, approbatione deputentur. Et apprime ad quaestionem nostram GONSAL, *Ad reges cancell.*, glos. 5, paragr. 3, n. 54 petentibus

Jesuitis an parochia toletana in monasterium erecta et unita eorum collegio, gubernari possit a deputato ab ipsis, modo sit approbatus ab ordinario ? Domini censuerunt posse.

Atque hac via facile ostenditur quomodo non contrarietur iuri episcoporum ea potestas quam habent abbates nostri revocandi pastores nostros e pastoratibus unitis, et ipsos a cura amovendi, iuxta regulam : per quas causas quid fit, per easdem et tollitur. Atque hinc est quod auctores nominatissimi sustineant, regularem e pastorate non unito sive absolute seculari ad nutum abbatis non esse amovibilem.

Pro quibus omnino notandum est, concessionem curae animarum, distinctam ab institutione nec pridem notam fuisse in ecclesia nec hodie in episcopatibus antiquitatis observantioribus notam esse. Certe in episcopatu leodiensi parochiarum institutio ab archidiaconis datur, nec ad episcopum recurritur, nec cura animarum petitur, imo in parochiis minoribus, quas quartas capellas vocant, institutio datur a decano rurali, cum tamen in omnibus parochiis omnino quoad curae exercitium parochi episcopo subsint ; prout etiam illi quos supra diximus a capitulis institui.

Unde et hodie in fundatione cuiuscumque beneficii, parochiale sit vel non, conditio apponi potest ut ius instituendi inferiori episcopo reservetur, VIVIAN, *De iur. patr.*, lib. 2, cap. 8, num. 2, et lib. 12, cap. 3, num. 1, et tamen etiam in tali parochia pastor quoad exercitium curae episcopo subesset.

Stat igitur neque rarum est curam ab episcopo non obtineri et tamen quoad curam seu eius exercitium episcopo subesse.

Sicut in ea episcoporum sententia, qui se putant immediate a Deo curam obtinere iuxta quod ipsi interpretantur ea verba apostoli : posuit vos spiritus sanctus episcopos regere ecclesiam Dei, episcopi tamen subsunt correctioni romani pontificis quoad curae expletionem, iuxta illud : confirma fratres tuos.

CLEMENT, *de off. vicarii*, hoc quod asserimus, innuere videtur, dum indigitat in quibus vicaria perpetua ecclesiae parochiali seu parochiae similis sit. Quae tria ipse adfert : scilicet, incompatibilitatem cum alia simili vicaria ; 2° eandem qualitatem in promovendo ; 3° eandem in promovendo aetatem. Circa curam obtinendam seu obtinendi modum nullam ponit paritatem, ubi videtur expressio illa in aliis non expressis disparitatem supponere. Sed quia de nostris agitur (loquimini enim de *Proprio Praemonstratensi*) apprimè videtur enucleanda Alexandri V et Joannis XXIII triplex bulla apud LE PAIGE, num. 127, 128, 131.

Alexander bulla, *ibid.* 127, canonicos praemonstratenses cum omnibus membris etc. nec non ecclesias a monasteriis dependentes ab omni superioritate, dominio, iurisdictione, visitatione ordinariorum plenarie exemerat, sed cum moderatione infrascripta. Moderationem vero istam his verbis expresserat : Ut quantum ad ea quae curam animarum concernunt, etiamsi cura huiusmodi per canonicos dicti

ordinis exerceri consueverit diocesanis locorum vel quibusvis aliis nullum praeiudicium generatur.

En moderationem ab ipso pontifice privilegio appositam, en sacros limites quos transgredi nefas sit.

Et quidem talis erat hec moderationis expressio, quae ad curae concessionem extendi poterat, et nunnulli ex ea volebant quidquid curam illam concernit, hoc est etiam ipsam eius concessionem episcopis competere. Videndum ergo est an pontifex primam illam expressionem in tota sua latitudine intelligi velit, an vero sic restringat ut nec ipsa curae concessio includatur. Pontifex ergo privil. *ibid.* 128 moderationem istam explicat, sed tali modo, quo ipsa curae concessio non involvitur. Canonici praemonstratenses, inquit, qui huiusmodi curam exercebunt ordinariis *quoad exercitium curae animarum dumtaxat* subesse debent.

Habemus hic illa verba prioris privilegii : *ea quae curam animarum concernunt*, nil aliud significare quam ipsum curae exercitium, atque in eo canonicos praemonstratenses subesse episcopis, in aliis vero omnibus, plenarie eximi et totaliter liberari a quavis episcopi potestate, iurisdictione etc., hoc est etiam quoad ipsam curae concessionem, nam ea non est curae exercitium et alias exemptio non esset plenaria nec totalis extra curae exercitium.

Quid quaeso pontificem movisset ut dicto prius canonicos praemonstratenses eximi ab ordinariis omnimoda potestate, praeterquam *quantum ad ea quae curam animarum concernunt*, et exorto postea dissidio, quid per hos terminos intelligi deberet ; quid inquam ipsum movisset ad dicendum *solum curae exercitium* intelligi, si voluisset etiam curae concessionem comprehensam ?

Simile dubium circa cuiusdam privilegii intellectum ortum fuit, et refertur cap. 12 de decimis, ubi diserte pontifex terminis privilegii insistendum dicit : hic autem insistendo terminis, *curae exercitium dumtaxat*, non etiam curae concessio comprehenditur. Estque is interpretandi modus e iuris regula, qua docemur beneficia et privilegia principis amplissime interpretanda esse et favorabilia amplianda.

Atque haec breviter, eruditissime domine, ad eam quaestionem conferre volumus, quia petitis, caeterum occupationes urgentissimae et quotidianae vix permittunt ut operosius quid agam. Vos in meliori otio estis.

Sum, eruditissime domine, vester quantum vultis
fr. G. Gybels

Oblitus fueram apponere bullam Iulii II quae incipit : *ex iniuncto*, in qua (posito exemplo in parochia de Corbeeck unita abbatae parisiensi) constat, quid operetur unio illa accessorie parochiarum facta alteri ecclesiae vel abbatae, videlicet, quod deputatus ab abbate vel conventu curam animarum parochianorum eccle-

siarum taliter unitarum exercere possit, diocesani loci, et cuiusvis alterius licentia super hoc minime requisita. In quibus verbis videtur esse ipsa assertio nostra. Verba haec bullae habentur in *Chronico parcensi*, fol. 324, estque bulla munita clausula irritante.

Op de kopij staat nog bijgevoegd : Qui curam in ecclesiis unitis exercent, poni debent ad arbitrium ipsorum regularium, non autem ad arbitrium episcopi, nisi NB quod examinari et approbari prius debeant ab episcopo antequam ponantur, BARBOS, *De off. et pot. episcopi*, p. 3, all. 74, n. 24.
